



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, 1664**

Qvæst. II. Quo pacto æternis pœnæ mortali respondens iusta esse
positine poßit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

cuiusmodi esse asseritur oppositio mortalis cum Deo ad Primam probationem nego Deum tristandum necessario de mortali, & si iustitia esset capax, cum malum Dei mortale non sit, sed solum liberè ex affectu misericordiae erga peccatorem, cuius solius malum est tunc autem sua voluntate periret deinde in suppositione capacitatis tristitiae ante actum periret, ac non esset Deus, non ex magnitudine malitiae talis. Secunda probatio non est firmior: Nam impossibilitas Dei cum ultimo sine peccatoris, non inducitur iure, sed in peccatoris voluntate, neque expressa, sed interpretatiua. Deinde minor est falsa, nam infinitum finitudine destruitur vel maxime.

6 Denique opponis aeternitatem poenae deberi cuius mortali: Haec autem est poena iusta, & infinita respondens merito mortalis: ergo hoc & malitia infinita sunt. Nota hoc de malitia etiam & in primis probare non de offensa solum quam solum infinitam asserunt communiter aduersarij. Secundo instatur in merito virtutis ad gloriam aeternam dicente Tridentino. *Sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita merito iustitiae tanquam stipendium vita aeterna.* Sed instat Bernal. vita aeterna praemiorum opera ultra condignum poena aeterna citra condignum. Prim. constat ex 6. ad Rom. sine & 8 & 16. ad Corinth. 2. c. 4. 17. ex Tridentino ses. 6. c. 16. aliisque asserentibus gloriae aeternae premium gratiam esse, & misericordiam. Sed haec omnia in radice intelligenda sunt argumentum autem rem factis difficilem assumit, nempe iustitiam Dei exercitam in damnatorum poena aeterna, quae integram petit quaestionem secundam.

~~~~~

### QVÆSTIO II.

*Quo pacto poena aeternitas mortali respondens iusta esse possit posituè.*

**O**SSE Deum iuste quidem, siue iure supremi sui increata Domini, quas velit ærumnas in quempiam, nedum in peccatorem depluere, quin sit crudelis, exploratissimum est. Solum ergo inquirimus, quo pacto Deus cum Deo ob læthale æternè damnatos punit iustitiam vindicatiuam exerceat tantum poenae, neque amplius imponens, quantum ex vindicatiua iustitia, nec ultra illam, mortali responderet.

### CERTAMEN I.

*Rei difficultas aliorum solutiones.*

1 **Q**uestionis difficultas se statim prodit, si enim peccati mortalis & malitia, & offensa finita esset, quo pacto infinitae durationis poena ex iustitia vindicatiue puniretur? Nec satis est durationem infinitam esse non poenam: fortasse enim leuior poena foret, si instanti unico infinita intensiue poena quis ob mortale puniretur, quam finita per aeternitatem: esset enim cum illa poenae infinitudine meliori fortunæ locus, cuius spe miseri damnati respirarent. Secundo coniunge dolori hodierno craftinum, vltiorem insuper, atque vltiorem sine fine: tantique vt minimum ponderis malum in rationis statera inuenies, quanti infinitus intensiue dolor instantaneus foret. Eoque solum differunt, quod poena hæc intensiue infinita in suo genere esset, illa vero extensiue in eodem etiam genere infinita. Non secus atque calor, vel lux per subiectum extensiue infinitum dilatata aequè infinita esset, atque eius partibus iisdem, ad eandem subiecti partem redactis quo casu infinita

esset intensiue. Nec refert æternum illum dolorem, ac poenam damnatorum diuersis pro quavis durationis parte partibus non constare. Parui enim ad cruciatum, poenæque magnitudinem interest, an nouo æquali cruciatu in dies, an eodem repetito æternum damnatus crucietur. Hac in primis ratione Bernal. atque alij supra memorati, grauitatem malitiam & offensam mortalis infinitam iudicabant. Ea que nobiscum finitam celebant, adeo vexantur, vt cum plures sint nemo tamen alterius solutioni fidat.

2 Vaquez cum suis respondet læthale in vita non abolitum æternum habitualiter perseuerare, cumque ob eius malitiam peccator in inferno puniatur: nil mirum, si Deus ex iustitia vindicatiua malitiam finitam æternè in damnato puniat, quam in eo æternè deprehendit. Sed contra, quia in peccato habituali, quia habitualiter demeritum non est, sed in solo actuali: licet quamdiu hoc habitualiter perseuerat atque peccator iustas poenas actualis non luit, demeritum, & dignitas ad poenam non dum iniunctam habitualiter etiam perseueret quod autem in habituali peccato, eiusque perduratione demeritum non sit à demerito actuali diuersum, & quo hoc augetur patet, quia alias qui per ætuum in habituali permanet infinitae poenae demererebatur cum totus per anni horas ac minuta potuerit se à peccato illo liberare cum tamen certum sit in ea habituali permanentia nostrum demeritum non esse, nisi nouum peccatum adfit, vel complacentia de ante acto peccato, vel non expiandi illud per confessionem, vbi illud confitendi vrget præceptum imo qui mortalis omnino oblitus anno in eo habitualiter perstet, eius demeritum augetur poenae infinite, quod est inauditum paradoxon. si ergo habitualis peccati actualis perdurato, siue habitualis peccati persistentia in hac vita, vbi merito ac demerito expeditus locus est, nouum demeritum non addit supra demeritum actualis peccati: multo minus addet demeritum peccati habitualis permanentia in inferno, loco nimirum ad merendum, & demerendum impedito. Ergo ibi solum potest damnatus ob demeritum sui mortalis actualis ex iustitia vindicatiua puniri, licet æternè habitualiter perseueret: atqui demeritum illius, sicut & malitia, & offensa finitum est: ergo nequit ex iustitia vindicatiua æternè, atque infinite in duratione puniri, licet æternè habitualiter perseueret.

3 Secundo alij apud Vvadingo d. 1. dub. 3. docent Deum siue vt offensum, siue vt supremum iudicem habere ius exigendi per poenas satisfactionem à peccatore, eumque ad illam exhibendam per poenas cogendi: cumque in eo statu nunquam possit homo satisfacere iure posse à Deo æternè puniri si doctrina hæc nitatur in offensa, quæ sit iniuria Deo irrogata per mortale subruit impugnationibus contra rationem iniuriæ Dei ab aliquibus positam in peccato, datis. d. ... q. ... cert. Secundo impugnatur generaliter à Vvadingo, quia in eo statu ex decreto Dei denegandi gratiam damnato ad satisfaciendum pro macula, & offensa peccati cuiusmodi satisfactio est damnato impossibilis: ergo cessat obligatio damnati ex iustitia ad cuiusmodi satisfactioem, atque in Deo ius iustitiae illam ab eo exigendi per poenas. Nemo quippe ex iustitia, & iure alterius ad impossibilia tenetur. At certe iniquè iudex ageret si per poenas exigeret ab eo satisfactioem, quam illi iudex ipse fecit impossibilem. Tertio diligentius atque doctrinam aduersariorum germanius impugno ius enim illud, quod in Deo alterutro titulo iudicis, & offensi adstruitur est ad satisfactioem poenalem à Deo infigendam in peccati vindictam ad hanc autem poestas in damnato est eo ipso, quod ad poenas debitas delicto subeundas habeat potentiam, quam reuera habet: ergo si de se infinitas non meretur adhuc in duratione peccatum mortale malitia, & offensa finitæ, vt hi nobiscum defendunt, tempore finito debitas poenas lueat, quin vltius per poenas vltiores cogi possint à iudice, quem poenas est debitas inungere, si velit.

4 Vvadingo proxime num. 37. ait: sicut supposita dignitate filij Dei huiusque pacto deberet iusto obeuntium lumen

CERTAMEN II.

Pro nostra ac vera sententia notaciones aliquas status.

lumen gloriæ, & sic illuminato viso natura sua perpetua & consequenter ac secundario in æternum etiã reliquæ dotes, vnde vitam æternam mereri dicimur, ita peccato tanquam merito proprio debetur carentia visionis Dei primario, cum nihil sit, in peccatore, quo possit visionem Dei mereri secundario vero cruciatus, & dolores æternos, qui illi æternæ carentiæ visionis Dei cõsistentia sunt. Huic tamẽ doctrinæ merito non admodũ ficit Vvadingo. Primo: quia si quemadmodum ad beatitudinis æternitatem in hac doctrina pactum requiritur Dei, ita ad æternitatem pœnæ requiritur si præter intrinsecum demeritũ mortalis pactum requiritur ad pœnã æternitatem: ergo pœnã æternitas ultra demeritum mortalis, ac non ex iustitia vindictatiua erit secundo licet damnatus nequeat visionẽ promereri, solum euincitur non posse esse damnati premium, non autem per æternitatem iustum esse illius carentiam pro mortali supplicio, sed ad id solum tẽporis, quod maior, vel minor mortalis malitia inuita in huius Doctoris sententia, reposita. Cum autem primariã hanc carentiã visionis Dei pœnam secundariã aliã cruciatũ sequatur, ac duracione imitentur, neque hæ demerito mortalis per æternitatem respondeant, si iustitiã vindictatiua attendatur.

4. Addit subtimide Vvadingo circa eius mereri finẽ eũ, qui se per propriã volutãtẽ summo omni bono priuauit æternum iuste eo æternũ carere, atque omni malo cruciari. Laudo timorẽ Doctoris huius in assignãda ratione, quæ vel falsa profusa est, vel perit manifeste principii si enim volutãtẽ illã, expressã, & formalẽ carentiã æterni summo omni bono in peccari grauidum peccatã asserat: asseret quod nusquam in peccare est si autem solum virtualem, & interpretatiuam petit ratio principium solum enim vult peccator interpretatiue, dum peccatã pœnam, quã mortali suo debetur ergo nisi supponatur, quod probandum erat, mortali sc. deberi pœnam æternam carentiã summi, omniq; boni non conuincitur velle interpretatiue peccatorem, cum mortaliter delinquit, carere æterni omni summoq; bono. Hoc ipsum vitium in similibus aliorũ meditationibus reperitur quare & eis referendis, & refellendis abstinere. Vltima aliorum ratio his etiã affinis est: quod in mortali decedens vult æterni in illo permanere habitualiter, saltẽ interpretatiue sed quid inde etiã voluntas expressa eius permanentiã adesse finitẽ solum malitiã, at offensa Dei foret, sicut mortalia reliqua: quare & demeriti finiti, & cui ex natura sua æternitas pœnæ respondere nequeat multo ergo minus voluntati interpretatiuã nisi ergo ad rationem æternæ permanentiã habitualis peccati in damnato, quam in nostro Vasquez impugnabamus. n. 2. recurratur, nihil hæc ratio præstat.

6. His sane, vel similibus horum modorum impugnationibus Angelus Laudatus à Salas. 1. 2. tr. 13. d. 5. n. 40. docuit æternitatem pœnæ damnatorum ob mortale, in quo decesserunt, esse quidem ultra mortalis demeritum intrinsecum, ac proinde ex iustitia vindictatiua naturali esse minime posseiat vero esse ex iustitia vindictatiua legali, siue iuxta statuta legitime à Deo legẽ æternæ pœnæ cum sensus, tum dãm decedentibus in mortali vt homines sui finis ignaros metu tanta pœnã, at mortalibus, in quã præcepites ibant deterreret, atque ob alios honestissimos fines, quos omnes assequi nõ possumus. Non fecus atque à Principe, vel Republica, ne montes perpetuo ciuium, ac Republica damno cito absumantur cadenti lignum quod de se, suoque intrinsecò & naturali pretio tres tantũ, vel quatuor asses valet, pœna vnus, vel duorum scutorũ imponitur iustissimeque si cedit ab illo exigitur quam sent. seq. Sal. lib. 3. 4. Vvading. proxime. n. 35. fin. ac 37. fin. illi tantum denique sedens. Card. Lug. de incar. d. 5. sect. 3. n. 5. eam porro sent. Recebit, quidam tantum non hæresis accusant, non quidẽ eius, sed ipsorum culpa, qui citatos pro ea, cum Pyscos, tum Recent Mag. nõ legerent: & quidẽ nisi nobis iustitiã naturalis in pœna hæc damnat. pro mortali defendendo specialis ratio succurrisset pro ea etiã staremus sicut aliquando steteramus. Ex quo vero ea nobis ratio succurrit, eam deseruimus quia iustitiã naturalis in ea pœna exercitẽ adinuenta ratione sustinenda ea opinio non est, quæ ex aliarum solum impugn. & insufficientia probabatur, & placuit.

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

1. Nota Primo ex dictis contr. 1. d. 3. q. 4. cert. 5. à n. 5. duplicem esse in mortali patiendã à Deo mala siue damni, siue sensus, dignitatem: alteram quidem meritoriam, alteram formalem. Meritoria dignitas est, quæ in prudenti æstimatione malitiæ mortalis responderet, tantumque, vel tantũ exigit pœnã, siue priuatiuã, siue positiuã, hoc est, damni, vel sensus, dignitas formalis nec proprio meritoria mortalis ad pœnã, siue positiuã, siue priuatiuã à Deo subeundã est ratio inimicitie Dei in illo, repetita, ob quã quamdiu quis formaliter Dei inimicus existit, dignus est, qui à Deo omni suo dono, ac beneficio priuetur, omniq; malo ab eo afficiatur: etiã secluso, ac non attento valore de merituo malitiæ moralis, quæ in mortali est. Duas has dignitates ad pœnã à Deo subeundã formaliter distinctas à malitiã illius & inter se se in mortali esse, licet vtraque in malitiã mortali fundetur, mihi rextum est & de formali dignitate, quod ad rem præsentẽ satis nobis est sic probõ quia malitiã mortalis peccati eiusdẽ speciei est in mortali, & in veniali, atque in quavis peccatorum specie diuersa. Prædicatum vero inimicitie Deo neque omnibus peccatis malitiæ eiusdẽ specificæ conuenit: siquidem nulli veniali eiusdẽ speciei cum mortalibus competit: neque intra peccata speciei vnus continetur: sed per species omnes peccatorum diuagatur, quæ intra suam speciem eo possunt malitiæ peruenire, quæ satis fit ad fundendam inimicitiam inter Deum, & peccatorem.

2. Id ipsum probatur secundo, quia malitiã mortalis formaliter consistit in oppositione cum lege dignitatis diuini, vel rationis humanæ, siue priuatiue, siue positiuẽ, in tali, vel tali materia, vnde & oppositionem grauem habet mortale cum ex virtute in cuius materia peccatur aut inimicitia Dei, & dignitas ad pœnam formalis, licet ex graui illa oppositione metaphysice oriatur, in eaque necessario fudetur, nec illa oppositio formaliter est, neque alicui speciali virtuti opponitur, contra, quam in ipsius materia delinquitur grauius à peccatore. Tertio probatur, quia dignitas formalis, carẽdi omni bono, ac beneficio Dei ratione inimicitie grauis peccatoris cũ Deo, & secundario subeundi omnia mala, quæ ipsi Deus inimicus velit, infligere, oritur indiuisibiliter ex predicato inimicitie Dei mortalis etiã minimi, atque indiuisibili cõsistit, vt non sit dignitas ad maiorem pœnam in grauiori, quam in minus graui peccatore mortaliter, vt patet. Siquidem eo ipso quod formalis Dei inimicus est, per mortale, etiã ex mortalibus minimum, dignus est peccator, qui omni bono, ac beneficio Dei priuetur, omniq; malo possibili ab eo percutiatur: siquidem id solum cordate ab inimico sperare possumus vel timere. At vero malitiã mortalis, in qua inimicitia Dei fundatur, & hæc inimicitia, quam proxime, immediare, indiuidue dignitas formalis ad pœnam consequitur, nequaquam in indiuisibili consistunt: sed intra malitiam mortalium aliud maius & maius alio est, grauioremque Dei inimicum vnũ peccatum alio constituit.

3. Hinc fit, quod secundo loco notatum velim, magnum neque vnũ tantum discrimen inter dignitatem meritoriam, & formalem gratiã peccatoris ad pœnam à Deo subeundam. Cum enim meritoria dignitas pœnæ malitiæ peccati mortalis necessariõ proportionetur quo gradu mortalia malitiæ maioris sunt, eo crescent, vel decrescent in meritoria dignitate pœnarũ. Vnde iustissime cõtra meretricem Bab. clamabat in Apoc. Deus c. 18. quantum delectata est in deliciis suis tantum date illi torment. Secus autem in dignit. formali peccati mort. ad pœnã euenire, vt nunc ostendebamus. secundum discrimen est, dignitate formalem ad pœnam ita distingui formaliter à malitiã peccati mortalis, in qua fundatur, vt ipsi realiter identifice, ac proinde implicet malitiã mortalis, actualit. siue habitualiter persistere, quin re ipsa dignit. formalis peccati illius mortalis perleueret. Cum enim eo ipso, quod grauis malitiã peccati mortalis adhuc habitualiter persistet necessario inimicitia peccatoris cũ Deo, ad quam

Y y necessario

necessario formaliter metaphysice consequitur dignitas formalis ad pœnam à Deo subeundam, implicet grauem malitiam mortalis persistere, quin ea etiam formalis dignitas perseueret.

4 At vero dignitas meritoria ad pœnâ, quæ in mortali est, licet in eius malitia suscipitur, eique proportionetur, ei tamen non identificatur realiter adæquate: dicit enim præter malitiam mortalem negationem pœnæ infligitur à Deo. Cum autem pœna, ad quam dignitas illa meritoria peccati mortalis est, finita in hac sententia, in qua disputamus, sit, poterit tota à Deo infligi: quare, & negatio illa inflictionis pœnæ, ac proinde & meritoria dignitas pœnæ, quæ illa constituebatur, cessare, et si mortale habitualiter persistat, vt in latrone, qui pœnas luit à iudice, qui etiam ex eius bonis creditoris restituit, cessat debitum pœnale, & pecuniarium creditori, à quo furatus fuerat. Atque ad præsentem accommodatus meritum pœnale vniuersalis in purgatorio per pœnâ debite inflictione, à Deo extinguitur: ita, vt nihil ultra mereatur patiens, et si per Dei gratiâ non elueretur veniale imo, ita etiam damnatis euenire, vt venialibus eorum per meritoribus meritum eorum pœnale cruciatuum toleratione cesset, docet satis bona Theologia Scotus, & affecta si autem ita in merito pœnali venialium contingit, non video cur in mortalium merito pœnali, quod ad pœnas finitas esse admittimus, ita etiam euenire non debeamus fateri fixum ergo sit malitiam mortalem cum merito pœnali ipsius, re ipsa non identificari, sed illam potius sine hoc posse re ipsa consistere: sicut & meritum pœnale potest permanere sine malitia adhuc habitualis mortalis, casu quo à Deo sine actu vlllo nostro gratia habitualis infunderetur, nec debitum pœnale remitteretur.

### CERTAMEN III.

*Æternitas pœna ob lethale malitiam finitæ ex iustitia vindicatiua naturalis esse singulariter ostenditur.*

1 Est communis Theologorum conclusio, licet non est communis ratio. Eam tamen censere esse instantem. S. Thom. rationem iustitiam æternam pœnâ damnatorum irremissibilitatem mortalium in ipsis per æternitatem vbiq; assignantis quia quando aliquis inimicus Dei est per mortale, habet dignitatem formalem ad pœnas subeundas à Deo inimico, siue priuatas, siue publicas pro ipsius arbitrio: at qui earum inflictio à Deo ob eam solum formalem dignitatem est inflictio pœnæ digno atque ex iustitia vindicatiua naturali: ergo quando quis est in mortali ex iustitia vindicatiua naturali à Deo puniatur. Tum sic: sed damnati in inferno æterni sunt inimici Dei per mortale: ergo ex iustitia vindicatiua naturali æternè à Deo puniuntur sub sumptum hoc antecedens est de fide, ex qua nouimus, omnia, & singularia damnatorum mortalium, in remissibilia per æternitatem esse. Maior primi syllogismi est communis sensus Theologorum, imo, & hominum, inimicum Dei eo ipso dignum esse, qui priuatur omni dono, bono, & beneficio Dei, quique omnia mala patitur à Deo, quæ ipsi velit Deus infligere quid enim aliud ab inimico prudenter sperari potest? vel potius quid non ab illo possit non timere prudenter? Inde vero certa videtur minor: quæcumque enim mala, ac pœnæ digno infliguntur ex iustitia vindicatiua naturali infliguntur, & probatur facile: quia quæcumque ob dignitatem meritoriam peccati à Deo infliguntur supplicia peccatori ex iustitia vindicatiua naturali infliguntur, quia digno eorum infliguntur: sed quæcumque infliguntur à Deo ob dignitatem formalem inimici, digno etiam infliguntur: ergo ex iustitia, vindicatiua naturali illi à Deo infliguntur.

2 Dices mala iniuncta ob dignitatem formalem inimici præcisè ex iustitia naturali non esse: sed solum iniuncta ob dignitatem meritoriam peccati. Primo enim, si iudex ultra pœnam respondentem dignitati meritorie, vel valori de meritorio delicti, ob quod delinquens inimicus eius iniustus constitutus est, ob dignitatem formalem inimici sui aliquid vltioris pœnæ iniungeret

delinquenti, non solum ex iustitia naturali, in eo addendo non ageret, sed contra ius, fasque omne se gereret. Secundo, quiuis posset iuste ab inimico eo solum titulo mala, quæ posset, infligere, quod est absurdissimè, & erroneum. Respondetur facilius vindictæ de suis inimicis ob formalem dignitatem inimici, non esse penes personas, & potestates priuatas, & inferiores, sed solum penes Deum, ac supremam potestatem diuinam. Cum Deus ad omne hominum, & Angelorum etiam genus clamat Ad Rom. 12. *Mibi vindictam, & ego retribuam.* Unde nec iudices, nec personæ aliæ creatæ titulo inimicitie, & formalis illius dignitatis possunt aliquid mali inimicis infligere, non quidè defectu dignitatis, sed iuris, seu iurisdictionis. Non secus atque ij, qui iudices non sunt nequeunt in delinquentes iustis adhuc delictorum supplicia animaduertere. Cum ergo Deus supremus Dominus sit nullum habens superiorem, cui de inimicis eius vindicta incumbat: imo vero penes quem omnium inimicorum vltimè ius sit, & potestas, suos etiam vltimè eosque ob dignitatem illam formalem ius proculdubio est, plenaque, ac libera facultas: sic Psalm. 93. n. 1. dicitur, *Deus vltimè Dominus, Deus vltimè libere egit, quare dū eo titulo damnatos puniat, ex iustitia naturali vindicatiua puniat, & dicebamus.*

3 Dices adhuc vltio, & vindicta ex iustitia vindicatiua respicit compensationem damni illati: atque Deo nulli per nos damnatum peccati etiam mortalibus inferuntur ergo vltio Dei, seu vindicta de mortalibus damnato ū inimicorum per æternitatem pœnæ nequit esse ex iustitia naturali vindicatiua. Negatur maior: compensatio n. damni illati est obiectum restitutionis & satisfationis, qui actus iustitiæ commutatiuæ, non est autem obiectum iustitiæ vindicatiuæ: æquid enim cõpensatur damni illati mortuo, vel sui morte homicidæ, quæ ex iustitia vindicatiua est. Atque cum Deus odium expressum sui ex iustitia vindicatiua puniat, quo nullus quidem læditur, quam compensationem respicit: iustitia ergo vindicatiua solum respicit æqualitatem pœnæ cum dignitate delinquentis ad pœnam subeundâ quam in Dei inimicis præcisè quæ talibus esse ostendimus, ad carendum omni bono, dono, & gratia Dei: quare æternam durante mortali damnato ū, & ipsi identificata inimicitia Dei, & dignitate illa formali iuste, ex iustitia vindicatiua naturali æternè puniri.

4 Inde vero aperta se dat facilis solutio arg. Bern. pro infinitate malitiæ, & offensæ mortalis quod se finito demerito, & malitiæ peccati nequeat natura sua pœna duratione æterna respondere: ac proinde nequeat mortale æternum ex iustitia vindicatiua, nedum citra cõsignum à Deo puniri, vt patres passim clamant, nisi in finitæ malitiæ & demeriti sit. Licet enim ex merito iustitiam ad gloriam æternam instari argumentum ipsius posset, quia adhuc vt iustorum meritum est finitum quid est omnium sententia: à qua instantia ægrè, aut nunquam se expedit Bernal: atque ad illud de pœna damnatum citra condignum, & præmio Beatorum vltra condignum dici posset, de operibus secundum se esse sermonem, & mortalia quidè secundum se mereri quædam patiuntur, secus bona opera iustorum secundum se præmijs gloriæ nisi accedat dignitas operantis, quæ ex gratia, & filiatione adoptiua Dei habet: Ast in vtroque ratio illa persistat: quomodo æternitas præmijs, aut pœnæ merito, vel demerito finito de condigno respondeat? & quidem de meritis secundum se dixi de condigno neque gloriâ, neque eius æternitatem promereri dicebam, sed solū ex adiunctione gratiæ habitualis, quæ ius formale, licet non meritorium ad gloriâ est, eoque iure æternæ in Beatis durante, licet limitatū sit, nil minus si gloriam conseruet per æternitatem sicut quænis causa creata æternè durans æternè suam conseruat eff. etiam, vt sol lucem eo etiâ modo licet dignitas meritoria pœnæ in mortali finitæ pœnæ sit meritoria, ac proinde nequeat inde æternè puniri à Deo ex iustitia, atque dignitas formalis pœnæ etiam finitæ sit, quâ solum potest cõpensatus sustineri: cum tamen quando est id meretur dignum à Deo inimico pati, quod passitur damnatus, imo multo plura mala, quæ Deus inimicus potest infligere, atque per æternitatem in damnatis ad se digne, imo citra condignum æternè puniuntur licet ea dignitas formalis limitata, atque ad limitatas pœnas sit.

CERT.

CERTAMEN IV.

Corollaria præcedentis Doctrina.

EX hac doctrina inferre licet an poena mortalis aliqua, vel sensus, vel damni aliquandu in damnatis cesset, nec tota duret æternitate. Et quidem de poena damni nemo hæctenus asseruit in damnatis aliquando cessaturam absolvere de poena vero sensus; & cruciatuum tandem aliquando absolute cessaturam nonnulli ex verustioribus Theologis asseruerunt quia cum meritum poenale cruciatuum decedat in mortali finem ut sit, finiti temporis propositione rarius, vel brevius solvendum videtur. Verum erronee, & inconsequenter docuerunt. Erroneè quidem: quia poena omnis siue sensus siue damni æterna est denunciata à Deo decedens in mortali: inconsequenter autem, quia cum poena damni ad id maior sit, quam sensus, & cruciatuum poena, ut illa proinde essentialis, ac substantialis, hæc vero accidentalitasque insuper poena damni sit in omnibus damnatis æqualis: si ratio illa finitudinis demeriti poenalis probat tandem aliquando in damnatis defectum, brevis adhuc defectuam absolute in illis damni poenam probabit. Nam solutione maioris poenæ pro merito poenali eodem citius, breviusque, quam solutione poenæ minoris extinguitur meritum, seu debitum illud poenale, sed certe erroris, & inconsequentiz huius occasio præfatis Doctoribus fuit, quod dignitatem formalem subeundi poenæ à Deo, quæ in mortali damnatorum est non attenderunt, sed dignitatem solum meritariam illa siquidem dignitate formali æterna, recteque à meritoria distincta aliter in hac quæstione discurrerent.


2 Ex eaigitur inferendum est, nullam poenam, siue sensus, siue damni damnatis absolute cessaturam, ut fides docet, per æternitatem quia tota æternitate dignitas formalis ad poenam inimicorum Dei damnatorum, quorum peccata irremissibilia sunt, durabit, cuius titulo digne, iusteque, à Deo utraque poena per æternitatem punientur. Ex ea vero ratione dignitatis merito mortalis peccati, quæ finita est, illud plane conuenitur, eius titulo damnatis non esse puniendos à Deo per æternitatem neque sensus, neque damni poena. Sed ad tempus solum, vel brevius, vel longius pro minori, vel maiori delictorum damnati cuiusque malitia, & meritoria poenarum dignitate itaque ad tale, vel tale tempus, ex quo damnatus in mortali decedit duplici titulo utraque poena à Deo punitur ubi autem tempus illud in quo tantum poenæ receperunt, quantum merito poenali proportionato malitiæ mortalis, pro quo damnatus patitur, respondet, absolutum est iam deinceps solo titulo dignitatis formalis punitur quia finita illa dignitas meritoria poenarum, finito tempore perpersionis illarum soluitur in inferno etiam: non secus ac si quis sola gratuita infusione gratiæ sine vlla dispositione, ac satisfactione pro debito ante rei mortalis à se exhibitæ iustus decederet totum meritum poenale mortale illius deferret in purgatorium, illudque temporali poenarum perpersione solueret, atque extingueret. Nec refert posse Deum fere totum utriusque poenæ pondus damnatis titulo dignitatis formalis infligere, ac pauculum singulis diebus titulo meritoria dignitatis: quantumvis enim pauculum continuo poenæ hoc titulo finito impendat illud solum facere poterit vel longiori tempore titulo etiam meritoria dignitatis finitæ puniat damnatum, non autem ut puniat eo titulo per æternitatem quantumvis enim subtiliter extenuatum dilatetur, quod finitum est, nequit ad infinitatem aliquam extendi.

3 Infero secundo contra Soarium, Vazquium, ac Doctores communiter cum Vvadingo n. 34. non debere Dei in remissione cuiusvis mortalis poenam æternam commutari in temporalem sed potius poenam æternam prorsus perire, ac remanere temporalem, quæ ante mortalis remissionem erat prorsus eadè, & æqualis, nisi qui

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

iustificatur actibus satisfactoriis intercedentibus iustificetur. Ratio est ex dictis perspicua: quia dignitas poenæ æternæ stat in æternitate durationis dignitatis formalis ad poenam à Deo inimico subeundam, ut diximus: cum autem hæc dignitas formalis inseparabiliter, & identicè re ipsa coniuncta sit cum malitia, & macula mortalis eo quo æternitas macula mortalis rursus perit non potest non æternitas dignitatis formalis peccati illius mortalis perire: at remissione mortalis perit malitiæ, & macule ipsius æternitas: ergo & æternitas dignitatis formalis peccati mortalis ad poenam remissione peccati mortalis necessario perit: ac proinde non commutatur poena æterna, seu dignitas ad illam temporalem illud vero in Vvadingo æquo animo ferre non possum, quod præter poenam æternam, non naturalem, sed legalem, ut ipse tandem putat, poenam aliam sensus intrinseco merito mortalis respondentem super addi à Deo damnatis asserat, sine vilo in scriptura, aut Patribus fudamèto: quasi satis poenarum miseri non sit, quod merebuntur solummodo temporaliter attenda delictorum suorum malitia, & merito poenarum valore æternum Dei lege fieri, quod Dei benignitate attenda factis videretur durum. Ego vero licet utramque poenam sensus ex iustitia vindicativa naturali infligi damnatis à Deo posse non dubitem, alteram ob meritoriam; alteram ob formalem dignitatem mortalem, eam solum, quæ meritoria responderet infligi de facto per æternitatem, vera, conformior, ut puto, sensui Patrum clamantium Deum damnatos punire citra condignum.

4 Tertio denique infero multitudine venialium (licet nequeat dignitas formalis mortalis, in qua sola inimicitia inter Deum, & peccatorem fundatur) re ipsa non differat ad eamque malitiam mortalem, & inimicitiam cum Deo multitudine venialium, quam maxime nequit peruenire, æquari posse meritoriam dignitatem poenarum peccati mortalis. Probatur facile ex dictis: si enim dignitas meritoria mortalis ad tempus est, ut pote finita, pone furti mortale vnita, minimum mortali sui generis mereri poenam damni, & sensus per mille. v. gannos, coniunge mille venialia, quorum vnumquodque per annum idem, siue tantumdem mereatur, Nam & visionis Dei priuatione ad tempus ob venialia amicos Dei in purgatorio puniri, nec sola poena sensus certissimum est ecce mille illa venialia meritum tantum habebunt poenarum, quantum habet illud mortale minimum furti: ergo multitudine venialium potest æquari meritum poenarum mortalis, quod si plura; & plura venialia coniungas posse æquare illa sui pluralitate mortale summum indignitate meritoria poenarum facile deduces.



QVÆSTIO III.

An posita malitiæ aut offensa mortalis infinitate ad satisfactionem pro illo necessaria fuerit incarnatio?



AD totam commentitiæ huius mortalis infinitatis concussionis videndum est, quo fructu fuerit in Theologiam inuicta. Etenim eo solum commodo fuit ab aliquibus excogitata, ut ad faciendum pro mortali rigidam & absolutam physicam, aut metaphysicam incarnationis necessitatem à Patribus, ut putabant, asserant, tuerentur. Hunc ergo: An posita eiusmodi infinitate, ea rigida necessitas defendatur: in examen vocamus. Neque enim adeo certo vnum ex alio inferri rationes subiciendæ probare, videbuntur; quare nullo fructu in Theologiam inducitur; imo & certius alterius dogmatis incommo.